

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Maler, P. E.]: Pia Pro Salute publica Vota nuncupavit, 9 Jan 1779

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Pia
Pro Salute publica
Vota
numcupavit
L. E. Maler. Th. St.
D. 12. Jan.
1779.

3328. I or

1. M²uff, Sup & L²ung
unffin
2. d. L²ung ist am besten[?] 2²l =
m²ig. (d. Kants Leses)
3. P²il²ung & 9²un²
& L²ung
4. Freundlich² L²ung
Angebot
5. P²il²ung & T²un²
d. Freundlich²

D
Sane
is ton
putavi
ia ut
illud f
catas
quid m
utris e
Ue om
stis a
suis fo
lingua
sedia e
Quis
re an
nuncu
tere c

DIRECTOR EXCELLENTISSIME,
Socii honoratissimi!

Sane nihil maius, nihil dignius
his temporibus in medium proferre me
putavi, quam Vobis pro salute publi-
ca Vota proponere, vota, ut bellum
illud formidolosum ad exitum perdu-
catur, & optato exitu concludetur. Et
quid multa dicam, ut attentis me au-
ditibus audiat, cum non dubito, quin
Vos omnes uno ore hocce votum meum
usque approbaturi; illud vero, quod in-
scius forsan non semper pure latina
lingua utar, favore vestro & benevo-
lentiâ excusare haud dedignabimini.
Quis Vestrum erit, qui non mecum
ex animo vota pro communi salute
nuncupet, concordiam amissam resti-
tuere cupiat, pacem communem &

tranquillam non exoptet: cum cuius-
 vis principis, cuius civis est pro sa-
 lute publica curam gerere, bella acer-
 ba & crudelissima detestari. Benedic-
 inde vera & solida regum regnorumq;
 felicitas atq; magnitudo. Nulla enim
 profecto maior principum ipsorum
 felicitas est, quam cives suos reddidisse
 felices, reddidisse felicissimos. Quae
 ista felicitas est, si princeps ubique
 cives beneficiis cumulat, si & in mini-
 mis pauperum tabernis, pro vita, pro
 incolumitate sua vota suscipiuntur, si
 ei ubique, ut prospere omnia cedant,
 acclamatur? Sed qui hoc fieri potest
 Auditores, si civibus non nisi flamma

latrocinia, strages & tormenta mini-
 tantur, si nobilissima, pulcherrimas
 opulentissimae regiones, flamma,
 ferro, diruptionibus devastantur! Si
 agricolarum sudor irritus, vanus, si
 opulentissima menses, agri & vites con-
 culcantur, si omnia agendo nihil
 demum profecere, quam ut maio-
 res sustinerent cruciatus! Quid eis ani-
 mi esse putamus, cum nihil sibi
 prorsus relictum, expilata omnia,
 aucta divendita vident! Cum perierit
 quo se & suos alere debebant, frumen-
 tum, cum perierit ad futuram necessi-
 tatem, pecunia, cum omnia perie-
 runt! O quam est miserum, Au-

ditores, brevi tempore qui modo opu-
 lentus, pauper, qui modo honoratus,
 contempsus fiat! quam acerbum
 eum, qui ante in re constitutus
 lauta atque copiosa, subvenire pau-
 peribus opibus suis poterat, eo iam
 indigi, ut inops ipse oberret! Quam
 luctuosum, cum nec carities senum
 ad genua suppliciter abiectorum,
 nec pusilli ad materna pendentes
 ubera quengquam vel paululum re-
 tardant! Cum nullus Dei timor,
 nulla reverentia, cum de legum au-
 thoritate sceleratorum audacia tri-
 umphat, cum prostratae religioni

victrix insultat impietas! Horret
 Ideo has furias & consternata religio,
 qua sacros suos ignes humano passim
 cruore pollui, qua totas fidelium
 suorum catervas, verbi divini prae-
 cones ab ecclesiis exulare, ad crudele
 servitutis iugum & ad dirissima sup-
 plicia violenter abduci non sine la-
 crymis effusis contuetur. Horret hanc
 crudelitatem amoris illud vinculum
 arctissimum, amicitia. a cerbe enim
 accidiat, quid mirum? Si amicus
 amicum vulneratum, semianimum,
 & quantumq; mutilum, mortuum in-
 venit; si maritus coniugem, spon-
 sus sponsam, exoptam dilacera-

tam videt, & moribunda gemitum
 audit! Quem dolorem capient necesse
 est parentes si filios, filii si parentes
 sic amiserint? Et quid tandem stu-
 dia nostra? Auditores, iacebunt peci-
 bunt inter civiles strepitus. Nobilif-
 sima, pulcherrima, nervi literatu-
 ra-bibliotheca - communi incendio
 deflagrant. Violentia, capitali feli-
 citatis humanae hoste, totius homi-
 nis custos atque procuratrix - Sapien-
 tia - negligitur! & qui aliter fieri po-
 test, ducat nos necesse est ad mores
 excultos atque humaniores, ut cum
 aliis vivamus pacati, & hic un-

Dique nihil aliud est, quam acerbi-
 tas, alius in alium impetus, cum
 re horam quidem unicam, liberi,
 tranquilli, miseriae expertes spiri-
 tum ducere possumus & exactiones
 gravissimas, aut crudelissimam
 mortem, aut etiam hac ipsa durio-
 ra multa metuenta nobis sunt. Quo-
 cum ita sint, Auditores, num hési-
 tatis mecum ex animo pacem excep-
 tare, cum bellum nihil aliud sit, quam
 efficace sibi invicem mala inferen-
 di conatus, quam commune multo-
 rum homicidium ac latrocinium,
 cum satis iam Humani sangui-

nis est haustum, satis in miseros
 mortales impius belli grasatus
 est furor, cum a pace vera regum
 regnorumq, magnitudo pendeat.
 Felices enim ii iudicantur prin-
 cipes, qui pacem omnium suavis-
 simam & iucundissimam divini
 muneris, amplissimique beneficii
 loco, habent. Jam ille ab omnium
 saeculorum memoria summus
 regnandi artifex Divus Augu-
 stus, sub quo gloriae & potentiae
 culmen Roma conscendit, tum
 demum supremum sua magni-
 tudinis

tudinis fastigium se attigisse pro-
 fessus est, cum orbe pacato Ianum
 clausisset. Et vere pacis studio cla-
 rum atque illustre sibi nomen re-
 ges & principes multi paraverunt.
 Quam enim dulce est nomen pacis,
 ubi studia litterarum florent, ubi
 omnium virtutum regina - iustitia -
 colitur, ubi a direptione bona civium
 tuta, liberi a vastationibus agri, ab
 incendiis ades immunes, viri fortes
 a mortis periculo vacui? ubi om-
 nis rei publica felicitas restituitur -
 securitas, sine qua neminem ^{quidem} posse
 felix reddi potest. Utinam & nostri
 prin -

principes in animum inducerent,
 nihil gratius nihil iucundius
 esse, quam otium, concordiam, pa-
 cem, quod plurima maximaque a
 pace humanum ad genus commo-
 da emolumenta que manent atque
 profluant, quod pax sit serenitas
 mentis, animi tranquillitas, simpli-
 citas cordis, vinculum amoris, ca-
 ritatis consortium. Utinam per-
 spectum illis esset, quanto gaudio,
 quanta voluptate, extinctis belli re-
 liquiis, aueretur Germania! Osi
 revocata exilio hilaris triumphans
 que.

que concordia pristinum inter populos
 christianos solum sublimis con-
 scendat, seivus Mars stupeat, arma,
 hastas clypeosq, proiciat! Faxit
 Deus, ut voto hocce nostro poti-
 remur:

Nulla Salus BELLO, PACEM
 Te poscimus Omnes.

549.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

